



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Duo Tractatus**

**Moneta, Giampietro**

**Marburg, 1628**

Cap. V. Quinam teneantur ad solutionem Decimarum, vel etiam ab ea excusentur; & continet septem Quæstiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

- 134 *Ecclesia, cui de jure communi non debentur decima potest ea remittere alteri ecclesie.*
- 135 *Remittere potest ecclesia parochialis decimas sibi de jure communi debitas cum assensu summi Pontificis. An vero cum solo assensu Episcopi. n. 136.*

## CAP. V.

*Quinam teneantur ad solutionem Decimarum, veletiam ab ea excusentur.*

QUÆRO PRIMO, *An omnes tam laici, quam Clerici, & religiosi teneantur ad decimarum solutionem?*

PRIMA CONCLUSIO. Regulariter omnes † tenentur decimas solvere; *tex. est in c. decima, 16. q. 1. c. tua, il. 2. seu tua nobis, de decim. melior in c. à nobis, eod. tit. ubi gloss. & Doct. not. Rebuf. d. tract. q. 5. n. 1. & 2. Hisp. reg. 10. q. 11. num. 1. Quamvis autem † tam dominus, quam colonus partiarius, qui fruges domino solvit, ad decimam teneantur, c. à nobis, & c. tua nobis, ubi gloss. & Dd. de decim. ad unam tamen dumtaxat inter utrumque dividendam tenentur, ut patet ex d. c. tua nobis, ibi, sicut colonus de parte fructuum, que sibi remanet, & c. ubi id not. gl. Host. & alii. Quomodo autem eam inter se dividant, dicam inf. cap. 6. q. 4. concl. 5.*

SECUNDA CONCLUSIO. Clerici etiam tenentur decimas solvere † de bonis patrimonialibus sitis in propria, vel aliena parochia, ut voluit gl. 1. in c. novum genus, quam sequuntur communiter Doct. ut testatur Covar. lib. 1. var. resol. c. 17. n. 8. vers. Primum hinc constat, quam etiam sequitur D. Thom. 22. q. 87. art. 4. Sot. lib. 9. de just. & jure, q. 4. art. 4. optimus tex. in d. c. novum genus, & in c. si quis laicus, 16. q. 1. Quoad † personales vero tex. est secundum Rebuf. d. tract. q. 5. num. 6. & in d. c. novum genus ubi Abb. & Innoc. idem Host. & alii communiter, in c. veniens, de transact. Idem vero Rebuf. num. 9. per eundem tex. dicit † sacerdotes, ex eo, quia

quia

quia non recipiunt sacramenta, non teneri ad decimas saltem personales, licet contrarium velit Iones d. c. novum. Cogita.

**TERTIA CONCLUSIO.** Tenentur clerici quicumque habent prædia ecclesiastica intra alterius parochiæ fines sita, de iis solvere ꝛ decimas parochiano. *Hæc est magis communis opinio, ut testatur eam sequens Canon var. d. vers. 1. hinc constat. quam tenent Abb. & alii d. c. novum genus, idem Abb. in c. 1. post gloss. ubi de cens. Canon. consil. 88. numer. 4.* Unde canonici de fructibus suis tenentur decimas persolvere, ut post Host. Innoc. & Bartradii Rebus d. tract. de decim. q. 5. numer. 8. Nec referri videtur, ꝛ sint ne ea prædia dotalia, vel non, juxta communem opinionem, de qua testatur Bal. novel. de decimis col. 2. cui etiam accedit Card. d. consil. 88. numer. 5. Canon. var. d. numer. 8. vers. Secundo licet, & Rebus d. q. 5. in 20.

**QUAMVIS** contrarium voluerit gloss. 1. & si d. c. novum genus, per cap. quest. 16. q. 1. D. Thom. d. art. 4. & ibi Cajetan. Balb. tract. de præscript. 5. part. pr. q. 7. Sane referri res ecclesiarum, sicut nec alii clerici ꝛ tenentur decimas solvere aliis clericis, qui superiores non sint, & decimis, quas ipsi recipiunt, sicut nec Levitæ Levitæ persolvebant, ut in hac specie not. Rebus d. q. 5. numer. 3. cui libenter accedo, quoniam id satis aperte colligitur ex text. in d. c. novum genus. Prælati quoque ꝛ tenentur ad decimas prædiales, ubi sunt prædia, ut post Innoc. d. c. novum, & Card. consil. 88. nu. 4. tradit Rebus d. q. 5. numer. 3. & de personalibus, ubi ecclesiastica sacramenta recipiunt, vel audiunt divina, Host. Henr. Boich. & Butr. d. c. novum, & late probat Rebus d. q. 5. nu. 4.

**QUARTA CONCLUSIO.** Cistercienses, Templarii, & Hospitalarii ꝛ non tenentur solvere decimas prædiorum suorum, quæ propriis manibus, aut sumptibus excolunt, *text. est in c. ex parte, il. 1. & c. licet, de decimis.* quod quia quidam intelligebant solum de novalibus, Papa in c. ad audientiam, eod. tit. exponit intelligi d. indultum debere non tantum de novalibus, sed etiam de prædiis, quæ propriis manibus à religiosis prædictis coluntur.

Declarata tamen, hanc conclusionem non procedere; Primo, ex possessionibus ꝛ ab aliis conductis, *c. dile-* 11  
*cti, eodem tit. & not. gloss. 2. d. c. ex parte, & Rebuf. d.*  
*tract. q. 14. num. 52.* Secundo, secus de possessionibus,  
 quas post generale Concilium acqui fuerunt; nam de  
 his etiam si suis manibus excolant, Cistercienses, & alii  
 similiter privilegiati, tenentur tamen ꝛ decimas per- 12  
 solvere, *ut disponit text. c. nuper, eodem tit. nisi acquiran-*  
*tur pro novis monasteriis ædificandis, ut ibid. dicitur,*  
 quo casu ꝛ tradendæ erunt aliis excolendæ, à quibus 13  
 decimæ ecclesiis persolvantur; sicque immunes erunt  
 religiosi pro portione sua, non autem coloni pro sua;  
 quomodo ego intelligo illum text. licet gloss. 2. & 3.  
 dissentire videatur. Item declarata omnibus aliis modis,  
 quibus præcedenti cap. q. 3. declaravimus conclusio-  
 nem secundam, quæ erat de exceptione religiosorum  
 à novalibus, in qua etiam quæstione plane tractavi-  
 mus de privilegiis & præscriptionibus; quoad novalia  
 spectat; quare hic eam materiam omittimus.

QUINTA CONCLUSIO. Omnes alii religiosi de- 14  
 cimas non solvunt ꝛ de nutrimentis animalium, hoc  
 est, de animalibus, quæ ipsi nutriunt, *ut exponit gloss. in*  
*cl. 1. verbo, animalibus, eodem tit. item de hortis suis*  
 non solvunt decimas, *text. d. c. ex parte, il. 1. hoc tit.* Sane  
 quod de nutrimentis animalium dicitur, si expositio-  
 nem gloss. admittamus, ita ꝛ demum procedit, si ipsi 15  
 religiosi ea nutriant, secus si aliis nutrienda darent, *ut*  
*not. Anchar. d. c. ex parte, colum. 1. & Rebuf. d. q. 14. nu.*  
*57. dicuntur autem & ipsi ea nutrire, si alii ea custodi-*  
*ant, sed vesperi ad monasterium reducant, ut ibid. Re-*  
*buf. adnotavit.* Idem quoque dicendum est ꝛ de hor- 16  
 tis, quos colendos aliis traderet; tunc enim de illis de-  
 cima solvi debet, *ut ibid. tradunt Doct. sicut ꝛ & de iis,* 17  
 quos colerent, & olera venderent; tunc enim decimas  
 solvere tenentur, *ut in specie tradunt Abb. d. c. ex par-*  
*te, & Rebuf. ubi sup. n. 58. text. enim ille intelligendus est*  
 de hortis, quos ad usum proprium habent.

SEXTA CONCLUSIO. His casibus exceptis,  
 omnes

- 18 omnes religiosi † tam exempti, quam non exempti tenentur de terris, & possessionibus ab eis acquisitis vel acquirendis solvere integre decimas parochialibus ecclesiis, quibus erant decimales, nisi speciali jure, & privilegio super hoc muniti sint, *ut disponit textus, & commissum, de decim. juncto c. fin. §. ceterum eodem tit.*
- 19 in 6. Imo religiosi † omnes appropriantes sibi decimas etiam novalium sibi non debitas seu non pertinentes solvi decimas, aut de animalibus familiaribus, & pastorum suorum, vel aliorum etiam animalia sive gregibus immiscentium, aut de animalibus, quae in pluribus locis emunt in fraudem ecclesiarum, & alios locis tradunt tenenda, aut etiam de terris, quas alii tradunt excolendas; si post requisitionem ecclesiarum quarum interest, à præmissis non destiterint infra mensem, aut si de his, quæ contra præmissa usurpare, vel retinere præsumserint, infra duos menses non satisfecerint damnificatis ecclesiis, tamdiu manebunt ab officiis, administrationibus, & beneficiis suspensi, donec destiterint, & satisfecerint; quiq; iis carent, excommunicationem incurrunt, à qua ante satisfactionem condignam non absolvuntur, *ut disponitur in clem. 1. de decim. ubi subditur, præmissa non extendi ad animalia quæ per religiosorum ipsorum donatos, seu oblatos tenentur, dum tamen illi cum effectu se & sua donaverint, aut obrulerint illius religiosi.*
- 20 SEPTIMA CONCLUSIO. Papa † non tenetur decimas solvere; quia ipse est summus Sacerdos & Pontifex, ac minister ecclesiæ, qui decimas aliis imponit,  *Clem. ult. de decim. & extravag. de decim. in commun. §. Thom. 2. 2. q. 87. art. 4. ad 3. Sor. libr. 9. de just. & jur. q. 4. art. 4. Rebuf. d. tract. q. 3. num. 3. & seqq.* Unde etiam
- 21 in lege veteri, ad cujus similitudinem † in nova quoque decimæ præcepte fuerunt, *ut in specie §. Thom. d. q. 87. art. 1. & Sor. lib. 9. de just. & jur. q. 4. art. 1. adnotarunt ceteri quidem Levitæ summo Sacerdoti decimas dabant, ipse autem nemini, ut habetur Numer. 18. quare quod ait idem Rebuf. d. tract. q. 5. num. 26. quod omnis homo,*

homo, in quantum Deo subditus, sive sit Papa, sive  
 Imperator, tenetur decimas Deo offerre, quia omnes  
 sumus populus ejus, & oves pascuæ ejus, loquitur † de 22  
 decima illa spiritali, quæ Deo offertur per jejunium,  
 & pœnitentiam, de qua idem Rebus. d. tract. q. 2. numer.  
 9. & q. 3. num. 31. Imo neque Episcopus † tenetur deci- 23  
 mas solvere, nisi summo Pontifici, tum quia ita in spe-  
 cie voluit Thom. Trivis. in decis. Venet. lib. 1. decis. 29. n.  
 1. & 3. post Abb. in c. 2. nu. 6. de decim. tum quia nulli-  
 bi hoc caveretur, tum quia nemini subditus est, etiam  
 quoad spiritalia, & sacramenta, nisi summo Pontifi-  
 ci. Unde si sacerdotes ex eo, quia non recipiunt sacra-  
 menta, sed aliis ea ministrant, immunes à decimis tam  
 personalibus, quam realibus esse voluit Rebus. d. q. 5.  
 num. 9. multo magis immunes erunt Episcopi quoad  
 mensam saltem Episcopalem, ejusque prædia. Quod  
 igitur asserit idem Rebus. d. q. 5. numero 26. post Andr.  
 Hispan. d. q. 11. nu. 1. Episcopum etiam quatenus Deo  
 subditum teneri ad solvendum decimam Deo, intelli-  
 gendum est de ea decima spiritali, quæ non nisi Deo  
 darur: de qua supra dictum est. Quod tamen declara-  
 Primo procedere solum in bonis Episcopi ecclesiasti-  
 cis, quæ sunt de mensa Episcopali; de patrimonialibus  
 enim † & aliis beneficiis ecclesiasticis, quæ tanquam 24  
 privatus clericus habet, idem dicendum erit, quod su-  
 pra conclus. 2. & 3. diximus de bonis paternis, & eccle-  
 siasticis aliorum clericorum; & hoc est, quod voluit  
 Hispan. q. 12. num. 14. post Host. Declara secundo, secus  
 esse, † si bona hujus mensæ in alium per venditionem 25  
 transferantur; nam tunc subjicerentur decimæ, ut tra-  
 dit idem Trivis. d. decis. 29. num. 3. ad not. per Bald. cons.  
 322. num. 2. lib. 4. & Fabian. de Mont. in tract. de empt.  
 & vend. q. 6. princ. n. 46.  
 OCTAVA CONCLUSIO. Reges, & Principes † te- 26  
 nentur & ipsi ad decimarum solutionem; prædialium  
 quidem illi ecclesiæ, in qua prædia sita sunt, persona-  
 lium vero, ubi divina audiunt officia, ut in specie tradit  
 gloss. in c. omnes Principes, de major. & obed. Rebus. d. q.  
 5. nu. 25.

- § nu. 25. Hispan. d. reg. decim. q. 12. num. 1. & late in  
dit Corset. in tract. de potest. reg. quest. 37. quæ est in  
parte illius tractatus; idem etiam voluit Hispan. d. q. 1  
num. 1. Quare non est exaudiendus Trivis. dum d. de  
cis. 29. numer. 2. vult, bona Principis non esse subjecta  
decimæ, per leg. *licitatio*, quæ alias incipit, *locatio* ff. de  
publ. quæ tamen lex solum disponit, quod bona filiorum  
sunt immunita à vectigalibus, non tamen recte sequitur,  
esse immunita à decimis, quæ fundamentum & origi-  
ginem habent à jure naturali, & divino; puto tamen  
27 probabiliter, Reges & Principes non teneri solvere  
decimas alicui ecclesiæ parochiali, sed Episcopo; sic lo-  
quitur gl. d. c. omnes, in qua reliqui fundantur. & hoc  
in aliquo præ ceteris in materia quoque decimarum  
privilegiati sunt.
- 28 NONA CONCLUSIO. Pauperes & ipsi non tenentur  
ad decimas, gl. c. qui tua, & ibi Gemin. 12. q. 1. Vin-  
to. And. Butr. & Abb. in c. cum homines, de decim. Fran-  
Marc. decis. Delphin. 198. num. 6. 2. par. Tyndar. d. de  
de decim. n. 38. usque ad 43. & S. Thom. d. q. 87. art. 4.  
in fine, Rebus. d. q. 5. nu. 14. Viv. opin. 153. verbo, con-  
tudo non solvendi. Cornel. Benincas. in tract. de paup-  
tate, q. 7. in 6. speciali, num. 28. Ratio duplex est; prima  
29 quia prætextu paupertatis non debet quis tenere  
liena, vel peccare, l. palam, §. non est ignoscendum ff. de  
30 ritu nupt. cum similib. Secunda, quia pauperes non tenentur  
de elemosyna, quæ eis offertur dare decimam  
ut iidem Doctores adnotarunt, solvitur enim decima  
non modo respectu ecclesiæ, sed etiam in recognitionem  
universalis dominii, c. tua nobis de decim. Declaratur  
tamen primo hanc conclusionem, quod poterit pau-  
31 per non pro alio solvere, ut in specie voluit Fran-  
32 Marc. d. decis. 198. num. 8. secundo, non tenetur esse, si is  
in extrema necessitate, ut tradit Rebus. d. q. 5. n. 14. nam  
tunc omnia sunt communia, l. 2. §. cum in eadem, ff. de  
leg. Rhod. de jac. c. si quis propter, de furt. Imo & debet  
ecclesia remittere decimam pauperi, qui cogeretur omnia  
vendere, & mendicare, si vellet integram decimam

mam solvere, quam longo tempore non solvisset, *ut tradit Rebus. d. q. 5. num. 15. post gloss. in c. quacunq. 16. q. 7. ubi Turrecr. n. 1. post Host. & Goffr. idem Viv. & Benincas. loc. citatis.*

DECIMA CONCLUSIO. Leprosi tenentur † decimas solvere, si colunt agros, vel vineas, vel si vivunt perse in domibus suis, sicut † & Heremitæ, & alii laici observantes regulā S. Dominici, vel S. Francisci, etiam si serviant monasteriis exemptis, *ut tradunt Rebus. d. q. 5. num. 2. 2. & Hispan. d. tract. reg. decimarum, q. 12. nu. 2. & 3. alias si vivant in communi, & stent simul in uno loco, & domo, non tenentur dare decimas † de hortis suis, qui sunt in circuitu domus, neque de animalibus suis ibidem pascentibus, seu eorum nutrimentis, ut voluit Pontifex, c. 2. de eccl. adif. & not. Rebus. d. nu. 21. Hisp. d. n. 2.*

UNDECIMA CONCLUSIO. Judæi quoque † de terris, quas colunt, decimas solvere tenentur, *tex. in c. de terris, eodem tit. idem de Pagano, Turca, & Heretico † notant ibi Doct. Rebus post alios, d. q. 5. numero 11. Hisp. d. tract. q. 11. numer. 3. Silvester post alios in verbo, decima. num. 3. & ad personales † decimas Judæos, & Hæreticos teneri concludit Rebus. d. num. 11. post gloss. in c. decima, 16. q. 1. quia licet non audiant divina, non tamen stat (inquit Rebus) per ecclesiam, quæ nemini claudit gremium; contrarium tamen voluit gloss. d. c. de terris, quoad Judæos; ex quo, quia non sunt de corpore ecclesiæ; cui accedit Hisp. d. q. 11. num. 5. & in Sarracenis, quod ad decimas teneantur tradit Lopus alleg. 63. Rebus d. q. 5. n. 12. Hisp. d. q. 11. num. 3. consuluit Old. conf. 91. Mant. conf. 188. col. 2.*

An vero meretrix, histrio, usurarii, & alii illicite aliquid acquirentes teneantur ad decimas, sufficienter egimus in precedenti cap. q. 2.

QUÆRO SECUNDO, An possit ex privilegio tã laici quã clericis competere immunitas à solvendis decimis?

Et quidem præmissis † nullum laicum, etiam Imperatorem posse eam concedere; *ut est textus formalis.*

ubi Doct. in c. tua, il. i. de decim. & not. Rebus. d. tractat. 13. n. 101. & alii passim.

- 40 PRIMA ERIT CONCLUSIO. Episcopus ꝛ non potest alicui concedere hanc immunitatem per viam privilegii, ita voluit Rebus. d. q. 5. num. 28. & 32. tum quia sunt à Papa ꝛ assignatæ singulis ecclesiis, c. 1. 1. tum quia in Concil. Cabillon. statutum fuit, nec ecclesia antiquitus constitutæ decimis ꝛ privarentur ecclesia, & seqq. 16. q. 1. non potest autem Episcopus contra Concilium dispensare, ut tradit gloss. sing. in cum dilectus, de elect. Rip. & alii, c. 1. de iudic. sicut et contra canones, Bal. & alii in l. omnes populi. ff. de & jur. Felin. c. 1. num. 48. de constit. & c. quod super de major. & obed. ubi alii Doct. optimus tex. in clem. Romani, de elect. cum simil. Atque ita tenendum quidquid dicere voluerit Hispan. d. reg. decimarum 12. nu. 1. in princ. Poterit tamen Episcopus ꝛ remittere decimas, maxime suæ mensuræ debitas ex iusta causa, ut habetur in c. quia circa, de priv. cum ibi not. per gloss. & Doct. Item poterit Episcopus ꝛ interponere decretum, & consensum in compositione super solutione decimarum, opt. text. ubi Innoc. in c. 2. de transact. l. 1. Rebus. d. tractat. q. 13. num. 20. & seqq. Nos latius infra hoc eodem cap.
- 46 SECUNDA CONCLUSIO. Potest Papa ꝛ aliquibus etiam laicis privilegio concedere immunitatem à decimarum solutione, tex. sunt in c. suggestum, c. ex multiplici, c. à nobis, c. ultimo, de decim. c. accedentibus, c. si terra, c. dudum, de privileg. & in specie notat gloss. 2. ceteri, d. c. à nobis Tyndar. d. tract. maxime num. 64. Rebus. eodem tract. q. 5. nu. 28. & q. 13. num. 103. Hispan. q. 12. nu. 1. Covar. lib. 1. var. resol. c. 17. num. 9. Verum suis commun. opin. verb. privilegium, & verb. consuetudo, & alii Canonista passim, & inter Theologos Cajetan. 2. q. 87. art. 1. ubi id collegit ex S. Thom. Sor. lib. 9. de & jur. q. 4. art. 4. late post alios Henriq. in summa Theologia mor. lib. 7. c. 27. nu. 3. inter Summistas Silvest. verbo, decima, n. 11. Laborant tamen gloss. & Canonista

tenentes, decimas esse de jure divino, & naturali, in  
 assignanda ratione, ob quam contra illud dispensare  
 videatur summus Pontifex, cum tamen † alioqui non  
 possit, cum sit immutabile, §. 6. dist. per totum, capit.  
 proposuit, de concess. prabend. in gloss. & c. quo jure, in fi-  
 ne, & c. seq. 8. dist. Ideoque quod Papa † non possit tol-  
 lere jus divinum, late tradit inter alios Fel. in c. qua in  
 ecclesiarum, num. 19. de constit. & Covar. epit. de spons.  
 & matr. 2. par. cap. 6. §. 9. num. 2. 3. & 4. & optimus tex.  
 in clem. ne Romani, de elect. Et quamvis Papa † possit  
 jus divinum interpretari, ut docet Abb. & Dd. d. c. qua  
 in ecclesiarum, & Innoc. c. super eo, de bigam. & Covar.  
 ubi supra; non tamen † potest illud limitare, maxime  
 in spiritualibus, sed solum interpretari quod inveni-  
 tur limitatum, ut not. Felin. d. c. qua in ecclesiarum, nu-  
 21. & 24. post Card. in c. licet, de elect. Contra jus quo-  
 que naturale † non potest Princeps ipse aliquid sta-  
 tuere in damnum maxime alicujus, Felin. d. c. qua in ec-  
 clesiarum, nu. 26. & ibi Abb. per clem. pastoralis, de re-  
 jud. Oldr. consil. 223. Alex. cons. 93. 4. part. Bart. in proce-  
 mio Digest. colum. 2. Et quod non possit † contra jus  
 naturale, & divinum dispensari, late inter alios osten-  
 dit Domin. Magdal. in tract. de num. rest. in testam. req.  
 3. part. cap. 3. num. 2. 24. & seq. & videtur optimus tex.  
 in c. literas, ubi gloss. Abb. & ceteri, de rest. spol. Ratio  
 vero illa, & distinctio gloss. d. c. à nobis, quam sequun-  
 tur Canonistæ magis communiter, quod possit Ponti-  
 fex remittendo decimas alicui specialiter contra jus  
 naturale dispensare, non tamen in totum tollere, qua-  
 tenus etiam in consuetudine ab aliis admittitur, opti-  
 merefellitur à Covar. d. lib. 1. var. resol. v. 17. numero 8.  
 vers. quibus mehercle opinionibus, & nu. 9. in fine.

Dicendum ergo est, Papam † posse aliquibus im-  
 munitatem à decimis concedere, cum jure humano  
 Pontificio, non autem naturali aut divino derogetur.  
 Fatendum quoque, non posse † in universum à sum-  
 mo Pontifice præceptum hoc tolli, non quia decimæ  
 omnino jure divino, aut naturali debeantur, sed ex eo,

N 2 quod

quod tale decretum esset irrationabile, nec conveniens Christianæ Reip. cuius interest spiritualium ministrorum inopes non esse, & quia juri naturali, ac divino congruit, ut laborantes in vinea domini mercedem aliam decentem à laicis accipiant, quiq; spiritualia seminaria temporalia merant; neque enim negamus de juri naturali, ac divino debere ministros ecclesiæ indigentius congrue sustentari, id enim Theologi quoque omnifitentur, & late concludit Covar. *d. c. 17. nu. 2. in fine* 3. *fere per totum*, & nos etiam admonuimus, *sup. cap. hujus tract. q. 3.*

TERTIA CONCLUSIO. Privilegium concessum religiosis, & aliis, de non solvendis decimis, etiam agris antiquitus cultis † non extenditur ad eas, in quarum possessione is est, cui de jure competant decimæ, puta ecclesia parochialis; ita Covar. *d. c. 17. num. 14.* exponens Innoc. & Card. *in c. dudum*, quod est antiquum de priv. Oldr. *cons. 268.* & alios, absolute dicentes, hujusmodi privilegium non intelligi de iis decimis, quarum possessione aliquis est, cujus etiam sententia est Rebus *d. tract. q. 13. nu. 114.* secus vero † dicendum est (*inquit Covar. loco citato*) si possessio sit apud eos quibus non jure communi, sed privilegio, vel præfatione competit jus decimas percipiendi, sic inter aliosgens contrariam sententiam Abb. & aliorum, *d. c. dudum.* Ratio autem desumitur, ex verisimili, & præsumpta mente concedentis hoc privilegium, neque enim præsumitur Pontifex nosse jus, quod alicui præter commune competit, eive derogare velle, quod fecerit est, ubi competat de jure communi, *juxta text. cum not. in c. 1. de constit. in 6.*

QUÆRO TERTIO, An laicis possit ex privilegio concedi jus decimandi, seu decimas percipiendi?

Suppono regulariter jus decimandi tanquam spirituale † non posse laicis competere, ideoque ejus ritus illos esse incapaces, *opt. text. ubi omnes Canon. de decimas. 16. q. 7. c. causam, de prescriptione. & c. 2. de j. gloss. communis in c. quamvis, de decim. inter Theologos*

id tradit S. Thomas 2. 2. q. 87. art. 3. & ibi Cajet. idem  
 not Covar. d. c. 17. nu. 5. & 6. Rebuf. d. tract. q. 10. num.  
 17. & q. 13. num. 38. 39. & 73. Andr. Hiss. d. tract. reg.  
 decimarum, q. 13. nu. 6. Trivis. decis. Venet. 29. num. 4.  
 Germon. loc. infr. citando, & Henriq. in summa Theol.  
 mor. lib. 7. c. 27. num. 2. quomodo vero, & quo sensu † 58  
 quid spirituale sit, tradunt latius Rebuf. ubi supra, &  
 Germon. de sacror. immunit. c. 19. nu. 57 & 58. His præ-  
 missis erit

PRIMA CONCLUSIO Regulariter Episcopus † 59  
 non potest jus percipiendi decimas laicis concedere,  
 tex. optimus in c. pervenit l. q. 4. & c. bene quidem, & in  
 c. venerabilis, de confi. util. not. Grat. in sum. 16. q. 7. Abb.  
 in c. contingit, de arbitr. Rebuf. d. tract. q. 5. num. 32. &  
 q. 13. numer. 73. Declara tamen † hanc conclusionem 60  
 primo, posse concedere aliis ecclesiis, cum aliqua cau-  
 sa, tex. in c. plures, & c. statuimus, & c. si ubi gl. 16 q. 1.  
 & not. etiam Rebuf. d. num. 32. Secundo, posse † Epi- 61  
 scopum alicui laico ex justa causa, puta quia ecclesiam  
 ejusve patrimonium à tyranni oppressione liberaverit,  
 concedere ad vitam aliudve tempus, non quidem jus  
 percipiendi decimas, sed ipsarum decimarum fructus, &  
 ut eas quodammodo nomine, & titulo ecclesie con-  
 sequatur, ut voluit gloss. & magis communiter Doct. in  
 d. c. quamvis, de decim. Card. c. cum Apostolica, colum.  
 4. de his que sunt à Prelat. Abb. c. ad hac, de decim. Hi-  
 span. d. tract. q. 12. numer. 1. & 13. num. 9. Rebuf. d. tract.  
 q. 10. num. 34. & q. 13. num. 110. Covar. d. c. 17. num. 5.  
 Bald. l. usufructus, ff. de iure dot. & inter Theologos S.  
 Thom. d. q. 87. art. 3. & quodl. 2. art. 8. Tertio declara, † 62  
 posse concedi ab Episcopo cum consensu ejus, de cujus  
 interesse agitur in vim non privilegii, sed alienationis  
 cum causæ cognitione, & aliis solemnitatibus, tex. est  
 in c. de his que sunt à Prelatis, prout † intelligit Re- 63  
 buf. d. q. 5. numer. 35. & tunc jam non erit spirituale jus  
 tali laico concessum, cum spiritualia non ministret,  
 sed temporale, hoc est, fructus & commoditas deci-  
 marum, quæ quid temporale sunt, ut inter ceteros no-

tavit Abb. in c. ad hac, num. 4. de decim. Rot. Rom. dicitur  
 2. nu. 1. de jud. Nisi velimus dicere cum gloss. Abb. &  
 Host. d. c. 2. illum tex. loqui de decim. concessis clerico  
 ad breve tempus, vel cum eodem Innoc. Host. Jo. An.  
 de modica decima, vel de remissione decimæ, ut ibi  
 not. Abb. & Innoc. Quarto declara, nemini dubium  
 64 esse, posse ¶ laicos sacerdotum nomine, jure, & iure  
 conductionis decimas percipere, prout quotidie per-  
 cipiunt, & exigunt. ita gl. Abb. Anan & alii, in c. quæ  
 relam, ne Prælati vic. suas, Rom. cons. 266. Dec. cap. 11  
 14. & Rip. n. 115. de jud. Covar. d. c. 17. num. 5. vers.  
 & laici, Rebus. d. q. 10. nu. 34. Gemin. & alii in c. fin  
 for. compet. in 6. optimus tex. in c. vestra, de loca. d. c. quæ  
 relam, ne Prælati vic. suas, cum aliis concord. relati  
 Hispan. in regul. decimarum, §. ult. num. 7. & novillan.  
 Catoc. neminem horum, sed alios allegans tract. loca.  
 & cond. tit. de decim. num. 6. & 7. qui etiam num. 2.  
 65 concedit post alios ¶ posse etiam decimas loca. ad  
 vitam conductoris, accedente maxime superioris au-  
 ctoritate.

SECUNDA CONCLUSIO. Quamvis laici  
 possideant decimas sibi in feudum etiam perpetuum  
 66 te Concilium Lateranense concessas à Prælati, ¶  
 cus tamen de his, quæ post illud concessæ sunt: extra  
 in c. cū Apostolica, de his, quæ fi. à Prælati. & c. quævis  
 gl. & c. prohibemus, de decim. Idem habetur in c. 2. §.  
 ne eod. tit. in 6. not. Rebus. d. q. 13. nu. 79. & 80. Covar.  
 d. c. 17. num. 5. vers. olim sane, Menoch. de præsumt.  
 concl. seu præsumt. 86. num. 2. post alios. Et licet tex. in  
 prohibemus, quod ex eodem Conc. scriptum est, in-  
 nuare videatur, laicos cum animarum periculo decimas  
 possidere, quas etiam ante illud Concil. obtinuerunt  
 tamen vel loquitur de obtentis, sine legitimo  
 feudationis jure, vel de laicis non exhibentibus eccle-  
 siæ debita obsequia, & servitia, quæ ratione feudati-  
 onis habere tenentur, prout optime exponit Covar. d. num.  
 vers. & dubio procul, in fine. Fuit autem hoc Concilium  
 67 teranense, ¶ non illud generale Concilium Lateranense

senſe, de quo paſſim canones Gregorii I X. mentio-  
nem faciunt, quod celebratum fuit ſub Innoc. I I I. An-  
no Domini 1215. ſed aliud Lateranenſe non generale  
celebratum ſub Alex III. Anno 1179. ut ex Platina, Sa-  
bellico, Volaterrano, & aliis tam Doct. quibus, quam ju-  
ribus, oſtendit Covar. d. verſ. & dubio procul. Parvin.  
de viſit. 2. part. c. 5. num. 96. Menoch. d. l. 6. præſumt. 86.  
nu. 2. & Rebuf. in concord. rubr. de approbat. convent.  
per Lateran. Concilium fact. Idem quoque ex emphy-  
teuſi dicendum eſt, quod nimirum † laicis non poſſunt  
decimæ eo tit. à Prælatiſ concedi, ſaltem poſt Latera-  
nenſe Concil. ut in ſpecie not. Abb. in c. ad hæc, num. 4.  
de decim. Ac ratio illa eſt, quam idem quoque Abb. in-  
dicat, quoniam ſicut per feudum, ita per emphyteu-  
ſim utile dominium transfertur; & valet † argumen-  
tum à feudo ad emphyteuſim, ut late inter ceteros de-  
ducit Clar. §. feudum, q. 3. & Everard. in loco à feudo ad  
emphyteuſim per totum. Sed neque à laicis † pignora-  
ri poſſunt ab iſdem detentæ decimæ ipſis quoque ec-  
cleſiis, c. ſi. ubi gloſſ. & Doct. de decim. niſi pignorentur  
illis eccleſiis, quarum decimæ ſunt, ut ibi not. gloſſ. &  
alii, ſatisq; ex eo tex. colligere licet.

Hanc vero concluſionem principalẽ declara, ut laici  
obtinẽtes in feudũ decimas ante Later. Conc. † poſſint  
eas, ex conſenſu tamen Epifcopi, in aliquam eccleſiam  
transferre, ut eas ipſas eccleſia eodem titulo obtineat;  
tex. eſt in c. cum & plantare, in princ. de privil. & c. 2. §.  
ſane, de decim. in 6. facit c. prohibemus, ext. eodem tit. &  
d. c. cum Apoſtolica, de hiſ que ſunt à Prælat. ubi gloſſ. &  
eſt communis Doct. opinio, prout refert, & ſequitur Co-  
var. d. nu. 5. verſ. præter hæc. Non tamen poterunt iſtæ  
decimæ † in alios laicos feudi titulo transmitti etiam  
de conſenſu Epifcopi, ut habetur, d. c. cum Apoſtolica,  
& c. prohibemus, ubi Hoſt. Io. An. & Abb. Covar. alios re-  
ferens, ubi ſupra; idem notavit Rebuf. d. q. 10. num. 11.  
ubi cum multis num. ſeqq. late exponit text. d. c. prohibe-  
mus, licet alii in hoc contrarium velint, quos refert, &  
ſequitur Fren. Vaſq. contr. illuſtr. c. 89. num. 2. Verum

73 retenta prima opinione, ea ¶ procedit etiam in iis de-  
 cimis, quæ antiquo feudo extincto ad ecclesiam re-  
 deunt, prout ex iisdem Doct. ( Rebuf. excepto, quæ  
 ipse nusquam in eo cap. all. gavit ) colligit Covar. *de*  
*cit.* & late tradit Menoch. *d. presunt.* 86. num. 3. quæ-  
 vis alios ibidem referant in hoc contrarium sentientes,  
 quod etiam tenere videtur gloss. 2. *d. c. prohibemus,* &  
 late probat Clar. § *feudum,* q. 13. *vers. sed quero.*

74 Illud vero prætermittendum non est, quod ¶  
 quis laicus possederit per tempus immemorabile, ma-  
 xima erit præsumptio, imo sufficiens probatio tituli ac-  
 te Concilium acquisiti, ut tradit Io. And. Butr. *Car.*  
 & *Imol. d. c. cum Apostolica,* communem dicit, eandem  
 tenens Alex. *consil.* 6. *colum. pen. lib. 1.* & alii quos refe-  
 runt, & sequuntur Balb. *de præscript.* 5. *part. q. 7. ad p.*  
*nem, Parvin. d. c. 5. num. 97. de Visit. Menoch. de præsum.*  
*lib. 6. præscr. 86. Gabr. com. concl. lib. 5. tit. de præscript.*  
*concl. 1. nu. 22. Mascard. de probat. conclus. 483. num. 1.*  
*volum. 2. Peregr. de privil. fisc. lib. 6. tit. 8. nu. 22. & Co-*  
*var. d. nu. 5. vers. sed si dubitetur.* Nec erit necessaria for-  
 ma, quod habuerit tale privilegium ante Concil. prout  
 ex iisdem fere Doct. concludit Covar. & Mascard. ibidem  
 contra Abb. *d. c. cum Apostolica, colum. fin. & ibi Io. An.*  
 & Fel. *c. causam quæ, colum. 1. de præscript.* & alios, qui  
 etiam tenuit Rebuf. *d. tract. q. 13. num. 69.* neque etiam  
 requiritur, quod ostendat aliquam investituram, pro-  
 ut post Barbat. *cons. 35. n. 17. li. 2.* tradit post alios Peregr.  
*d. numero 22. & Mascard. d. concl. numero 9.* licet con-  
 trarium videatur velle idem Rebuf. *d. q. 13. num. 70. &*  
*77. & aliquos recenset, & sequitur Menoch. inf. Puto*  
 tamen requiri, quod saltem ex fama constet, laicos eas  
 decimas titulo feudi possedisse, ut tradit Rip. *in c. 2. col.*  
*fin. de jud. Covar. ubi sup. vel quod aliquid solvat ec-*  
 clesie in recognitionem, ut voluit Rebuf. *d. quæst. 13.*  
*num. 76.*

Immemoralis autem huiusmodi possessio, seu præ-  
 scriptio ( quæ idem ¶ est cum centenaria juxta magis  
 75 communem opinionem, quam tenet etiam Rebuf. *d.*

q. 13. nu. 94. & alii fere innumeri, quos refert & sequitur Ant. Gabr. *com. concl. lib. 5. tit. de præscript. concl. 1. n. 71.* licet alii velint immemoriam esse majorem alii minorem centenaria, ut per relatos à Gabr. ibidem, & Covar. *Rel. reg. possessor, 2 p. §. 3. num. 6.*) hæc inquam immemorialis possessio † probari debet per testes, deponentes, se vidisse semper ita fieri, & numquam vidisse contrarium, & à senioribus, & majoribus audivisse, id ita factum fuisse, nec unquam audivisse contrarium actum esse; & hujusce rei publicam famam esse, & opinionem apud eos, qui rei cognitionem habent, prout voluit gl. quam ibi Doct. sequuntur, in c. 1. de præscript. in 6. *Specul. tit. de prob. vers. vit. queritur, & alii pleriq; quos referunt, & sequuntur Covar. d. §. 3. num. 7. Gabr. d. concl. 1. num. 74.* Et in materia decimarum tradit Rebus. *d. q. 13. nu. 94. & seqq.* Debent autem testes, qui de hac re testificaturi sunt, ita † memores esse, ut possint deponere de eo, quod actum est 40. annis, & sic annorum fere 54. ut tradunt Lap. *Gem. & Franc. d. c. 1. & alii plurimi, quos referunt & sequuntur Covar. d. num. 7. Gabr. d. concl. 2. num. 83. & in nostris terminis. Rebus. d. q. 13. num. 99.* Verum poterit etiam probari, † memoriam extare tum per testes, ut late probat Rebus. *ibid. num. 98.* tum etiam per instrumentum, ut tradit gloss. *Io. An. & Gem. c. 1. de præscript. in 6. Rebus. numero 97.*

Et quoniam incidimus in materiam probatoriam possessionis decimarum, illud omittendum non est, † earum perceptionem probari posse per testes singulares, ut unus dicat, vidisse ecclesiam recipere uno anno decimam de fabis illius campi, alius de frumento ejusdem campi alio anno, ut voluit *Specul. tit. de inquis. §. 1. nu. 18. Gem. cons. 117. num. 3. Andr. Gail. pract. obs. lib. 2. obs. 66. nu. 12. & alii pleriq; quos refert, & sequitur Mascard. d. concl. 483. nu. 1. Brunor. à Sole in comp. resol. propos. jur. vers. decimas percipiendi, & Gabr. com. concl. lib. 1. tit. de test. concl. 2. nu. 33. ubi hanc opinionem asserit communem videri.* Ratio duplex est, altera generalis,

80 ralis, & communis, quod in possessione probanda testes singulares admittantur, ut late probat *idem* Galv.

81 *d. concl. 2. nu. 32.* altera specialis, quod in decimis locus & tempus non est de substantia actus, ut post *Sponcul. tradit Masc. d. concl. n. 2.*

An vero laici jure percipiendi decimas spoliati, & gentes interdicto recuperandæ sint ante omnia restituerendi, late tradit *Valq. contr. illustr. lib. 2. c. 89. nu. 4.* & *Covar. d. l. i. var. resol. c. 17. nu. 6. in princ.* ubi concludit, quod tunc solum non erit ante omnia restituendus laicus, quando contra eum & pro reo simul est juris præsumtio, & non alias: sic exponens *c. ad decimas, de rest. spol. in 6.*

83 TERTIA CONCLUSIO. Potest Papa alicui Principi, vel etiam alteri laico ex causa decimas, seu jus percipiendi concedere; opt. *tex. in c. Adrianus, 63. dist. c. 1. de præscript. c. cum Apostolica, de his qua fi. à Prælat. melior in c. ex parte, il. 3. de decim. c. 2. §. statuimus, c. §. ubi autem, eodem tit. in 6.* & notat passim *Doct. maxime vero Rebuf. d. q. 13. n. 110. Hispan. d. tract. reg. decim. q. 12. num. 1 Covar. d. nu. 6. vers. 4. ab eadem radice procedit Navar. in tract. de reddit. eccles. q. 1. monit. 57. nu. 1.* late & optime *Henriq. quem post consecutum hunc tractatum vidi in summa Theol. mor. lib. 7. cap. 57. num. 2.*

84 Declarabis tamen hanc conclusionem, quod hujusmodi privilegiatus, tam laicus, quam religiosus tenebitur congruam portionem pro sustentatione, & oneribus supportandis ecclesiæ parochiali assignare, ut disponitur in *d. §. ubi autem, c. nos supra, c. 4. q. 3. concl. 6. semel admonuimus.*

QUÆRO QUARTO, An consuetudo aliquam vim habeat in eximendo aliquos à decimarum solutione, aut tribuendo jure decimandi?

85 Suppono, consuetudinem differre à præscriptione; per consuetudinem enim jus quodammodo acquiritur in communi, & publico, per præscriptionem vero privato; ita *Abb. in c. cum ecclesia, colum. 8. num. 45. de ea. poss. & propr. Rebuf. d. q. 13. num. 45.* Et in consuetudine

dine sunt plures personæ incertæ, in præscriptione vero una sola esse potest, *Butr. c. fin. de consuet. Alex. conf. 166. num. 7. colum. 1. Cor. conf. 268. colum. 5. vol. 4. Rebuf. loco cit. Germon. de sacror. immu. lib. 3. c. 19. nu. 66.* Alias differentias tradunt *Abb. Butr. & Curt. d. c. fin. Balb. de præscript. §. par. princ. q. 7. Rebuf. in constit. reg. tract. de consuet. in 3. Tom.* Est autem † consuetudo, ut 86 habetur in *c. consuetudo distinct. 1.* jus quoddam moribus utentium approbatum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex; quæ etiam definitio colligitur ex *c. ceterum, de testi. cog. & communiter probatur.*

PRIMA CONCLUSIO. Plurimum potest † consuetudo circa portionem, & quantitatem decimæ, eaque attendenda est; *ita colligitur ex c. in aliquibus, §. ultimo, c. commissum, c. cum sint homines, c. dilecti, c. ad Apostolica, de decim.* in specie adnotavit tam in prædialibus, quam in personalibus *Rebuf. d. q. 13. num. 46. Franc. Balb. d. q. 7. Boer. in consuet. Bituric. tit. de consue. §. 12. communem dicens, quem etiam sequitur Covar. d. c. 17. nu. 8.* Male ergo *Host. & alii* quos referunt *Rebuf. d. q. 13. nu. 43. Covar. d. num. 8. & Tyndar. tract. de decim. num. 35. & 36.* id admiserunt in personalibus, non autem in prædialibus. Peius dixit *gloss. & Innoc. d. c. in aliquibus,* consuetudinem hanc debere à Pontifice esse approbatam, vel auctoritate summi Pontificis totam decimam seu illam partem quæ diminuta videtur esse, in quid aliud commutatam, *ut voluit Germon. d. c. 19. num. 69. & duobus seqq.* Nam & *tex. supra* relati aperte id tribuunt consuetudini, non autem huiusmodi cōmutationi, neque requiritur in consuetudine, † etiam quæ est contra jus, scientia, & approbatio Principis, *ut multis ostendit Abb. d. c. fi. num. 13. & ibi Butr. & Barb. colum. 26. de consuetud. Curt. late sect. 4. num. 24.* pessime demum dixit *Hispan. in d. tract. reg. decim. vers. decima est jure naturali, nu. 13. & 15.* nullam omnino consuetudinem excusare etiam à quota decimarum. Ratio enim est, quia quora decimæ † diminui potest per consuetudinem, sive quia solum de jure

jure humano, ut Theologi volunt, sive quia consuetudine jus divinum, aut naturale limitari, & quodammodo diminui possunt, ut voluit gloss. communiter *re à Canon. recepta in c. à nobis, de decim.* & ideo in hac specie, quod decima diminui possit consuetudine, præter jura & Doct. citatos tenuit Vivi. & Abb. *d. c. in aliquibus*, & alii Canonistæ fere omnes, ex quib. non nullos recenset Covar. *d. n. 8 in princ.* Et de hoc nullus est dubitatio apud recte sentientes.

- SECUNDA CONCLUSIO. Consuetudo quantum
- 90 cunque longa † nullas decimas, aut quid aliud ecclesie ministris solvendi, non excusat à peccato, nec valet, quando alias sustentari non potest in ea plebe, vel parochia sacramentorum, ac spiritualium minister, in hoc conveniunt omnes, non modo Canonistæ, sed etiam Theologi, & in specie notavit Covar. *d. c. 17. nu. 6. & 8.*
- 91 in fine. Ratio est, quoniam † de jure naturali, & divino est sustentatio ministrorum ecclesie Dei, ut inter ceteros ostendit *Sot. lib. 9. de just. & jur. q. 3. art. 1. Covar. d. c. 17. nu. 2. & 3. & Vasq. contr. ill. lib. 2. cap. 89. num. 8. & 9.* & nos jam non semel admonuimus; sicque procedunt rationes, de quibus per Rebuf. inter ceteros, *d. q. 13. num. 40.* ubi absolute probare contendit consuetudinem nullas decimas solvendi non valere post Anchar. Turrecr. Bertran. & alios.
- 92 Hanc tamen conclusionem declara † non procedere in iis decimis, quæ proculdubio jure tantum humano, etiam quoad substantiam indictæ sunt, quales sunt decimæ personales, secundum Host. in *sum. tit. de decim. §. utrum, q. 7.* & plerosq; alios Canonistas, de quibus per Covar. *d. c. 17. nu. 2. vers.* & præter has rationes; ideoque eas per consuetudinem tolli posse, præter Covar. *d. c. 17. n. 8.* voluit Host. in *c. in aliquibus, de decim. Turrecr. c. revertimini, 16 q. 1. art. 7. nu. 12. Paris. cons. 25. col. 2. l. 4. Fel. c. causam qua de præscript. Balb. de præscript. 5 part. pr. q. 7. Vivi. decis. Neap. 4. n. 46.* Et communem Theologorum & Canon. dicit esse Rebuf. *d. q. 13. num. 44.*

TERTIA CONCLUSIO. Valet consuetudo ut de minutis etiam † decimæ mixtæ non solvantur, ut voluit D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 2. Astenf. in sum. rubr. de decim. art. 4. in fi. Collect. c. 1. de decim. Rebuf. d. q. 13. nu. 51. Imo voluit Turrecr. d. c. revertimini, q. 11. decimas de minutis non esse in præcepto. Pariratione † valebit etiam consuetudo, ut ex certis fructibus, puta sceno, oleo decima non solvatur; ita præter alios scripsit Castr. consilio 17. libr. 2. quem sequitur Covar. d. nu. 8. vers. 7. eodem jure.

QUARTA CONCLUSIO. Valet consuetudo, ut † de prædiis ecclesiasticis decima non solvatur à clericis; ita in specie tradit Covar. d. num. 8. vers. 2. licet magis communiter, cum præsertim multi non improbabili- ter dixerint decimas de his solvendas non esse, quos recensuimus hoc eodem c. q. 1. concl. 3. Imo † posse clericos consuetudine eximi à solutione decimarum omnium tam prædialium, quam personalium, etiam ratione bonorum patrimonialium voluisset gloss. d. c. in aliquibus, de decim. & c. quia cognovimus, 10. q. 3. Fel. d. c. causam que, col. 1. de præscript. Balb. d. q. 7. & Covar. d. n. 8. vers. primum hinc constat.

QUINTA CONCLUSIO. Possunt ex consuetudine † decimæ uni ecclesiæ alias debitæ alteri adscribi, & solvi, tex. est. in c. cum sint homines, & c. ad Apostolica, ubi Abb. & alii, de decim. & not. Card. in c. ult. in fin. de paroch. Covar. d. num. 8. Rebuf. d. q. 13. num. 47. & 48. ubi limitat id non procedere † in decimis, quæ limitibus adhærent, hoc est, in prædiis, quæ limitibus proxima sunt, ad not. per gloss. & Doct. d. c. cum sint homines, & d. c. fin. de paroch. limites enim † præscribi non possunt, ne fines confundantur, c. quicumq;, & c. licet, 16. q. 3. & c. super eo, de paroch. Fortius vero † attendi debet cōsuetudo, ubi de jure dubium est, ad quam ecclesiam decimæ spectent, ut not. gloss. 2. & Doct. per illam tex. in c. cum contingat, de decim. & Covar. d. nu. 8. vers. 4. fortiori ratione ubi post Abb. d. c. cum sint homines, concludit in hac specie † sufficere consuetudinem de

cem annorum, cum ea non sit contra, sed præterius  
 102 quo casu † decem annorum spatio legitimam consue-  
 tudinem induci voluerunt præter citatos à Covar. ibi  
 dem Abb. *d. c. fin. nu. 15. de consuet. & Rebuf. d. q. 13. nu.*  
*53. & nos latius ostendimus tract. de option. cap. 1. q. 2.*

De consuetudine quoad modum & tempus solven-  
 di decimas, dicemus *inf. cap. seq. q. suis locis.*

SEXTA CONCLUSIO. Excepto casu, de quo  
 superiori conclusione, & eis similibus, consuetudo  
 103 quæ circa decimas observanda est, † requiritur, &  
 sufficit, ut sit quadraginta annorum: *opt. tex. in c. fin.*  
*de consuet. & in hac specie notavit Paris. cons. 25. nu. 6.*  
*& 27. lib. 4. Covar. d. numero 8. vers. decimo his omnibus*  
*adversis, & colligitur ex gloss. fin. in c. fin. & ibi Doct. omnes,*  
*in c. fin. de consuet. & patet ex tex. in c. cum eccle-*  
*sia, de caus. possess. & c. auditis, de præscript. Quare male*  
*Soc. cons. 2. q. 7. num. 2. Fulgos. cons. 166. & clarius Balb.*  
*d. q. 7. & Rebuf. d. q. 13. num. 53. in fin. volunt requirere*  
 hanc consuetudinem in materia decimarum tempus  
 104 immemorabile. Imo neq; † titulus requiritur ad hanc  
 consuetudinem, licet ei adveseretur juris communis  
 præsumptio, ut in specie adnotavit Covar. ubi supra.  
 Textus vero in *c. 1. de præscript. in 6.* qui contrarius vi-  
 detur, procedit in præscriptione, non autem in con-  
 suetudine, secundum Archid. ibi, Gemin. & alios, quos  
 ad hoc refert, & sequitur Covar. loco cit.

QUÆRO QUINTO, Quanam præscriptio obti-  
 neat, & locum habeat in materia decimarum?

105 PRIMA CONCLUSIO. Possunt aliqui † saltem  
 laici præscribere exemptionem à solutione, non solum  
 partis decimarum, seu quotæ (in quo omnes conve-  
 niunt, & late inter ceteros tuetur Trivis. *decis. Venet.*  
*29. nu. 15. Rebuf. d. q. 13. nu. 57. & 58. ubi post Ang. in*  
*summa, in verbo, decima, §. 2. id limitat, ubi Curatus*  
 non possit commode ex illa parte, quæ solvitur, suitea-  
 tari) verum etiam quoad totam decimam: idque tuen-  
 tur optime Covar. *d. c. 17. nu. 10. & post alios Henric.*  
*lib. 7. sum. Theol. mor. c. 27. num. 2. ea optima ratione,*  
 quod

quod licet laici sint incapaces juris percipiendi decimas, ut superius ostendimus, nullibi tamen in jure habetur, quod sint incapaces hujus exemptionis; suffragatur etiam c. 1. de prescriptione, in 6. ubi absolute admittitur præscriptio in decimis; licet contrarium rueri velit Trivis. d. decis. Verset. 29. n. 14.

SECUNDA CONCLUSIO. Potest † clericus, vel 106  
ecclesia per præscriptionem acquirere exemptionem, etiam quoad totam decimam, ut voluit gloss. fin. quam ibi Doct. sequuntur, in c. in aliquibus, Fel. c. causam, que, col. 1. de præscript. Gem. c. 2. §. penul. de decim. in 6. Balb. d. 5. par. princ. q. 7. Covar. d. n. 10. & Vasq. contr. ill. c. 89. num. 10.

TERTIA CONCLUSIO. Potest † clericus vel ec- 107  
clesia per præscriptionem acquirere etiam totam decimam in aliena parochia: bonus rex. juncta gloss. in c. cum contingat, & c. cum in tua, quod est seq. de decim. melior in c. 1. de præscript. in 6. optimus & fere ad literam, in c. ad aures, de præscript. ubi gloss. & Doct. idem not. Rebuf. d. q. 13. num. 6. & Covar. d. c. 17. nu. 7. Abb. conf. 94. num. 2. volum. 1. quod tamen aliqui limitant non procedere, ubi clerici vel religiosi non habeant parochiam, ut videre est apud Rebuf. d. q. 13. num. 63. quos tamen † ibi refellit. Tu vero declara, hanc præ- 108  
scriptionem † non extendi de decima unius rei ad a- 109  
liam rem etiam ejusdem fundi; unde si quis præscripsit decimam vini, si vinea fiat arabilis, non habebit decimam illius fundi; ut decidit Butr. c. commissum, de decim. per c. cum in tua, eod. quod tamen potius loquitur de extensione quoad prædium; idem voluit Rebuf. d. q. 13. num. 61. allegans Doct. in c. auditis, de præscript. sed neque † extenditur præscriptio decimarum ad nova- 110  
lia, ut ibidem tradit Rebuf. & nos latius ostendimus, cap. præced. q. 3. concl. 9. ubi de præscript. quoad novalia fuse egimus; neque † etiam extenditur de persona ad perso- 111  
nam; unde si quis veniat ad habitandum, non poterit ab eo decimam percipere, qui in aliis præscripsit, sed cum de novo solvat, ecclesiæ parochiali solvere debet.

ut voluit S. Ant. 2. par. sum. tit. 4. c. 3. §. 3. & Rebuf. d. q. 13. n. 62. per c. ad Apostolica, de decim. quod tamen in alio terminis loquitur.

112 **QUARTA CONCLUSIO.** Ad præscribendum casu præcedentium cōclusionum † requiritur vel spatium 40. annorum cum probatione tituli, vel tempus immemoriale; text. est in c. 1. ubi gloss. & Doct. de prescript. in 6. & not. Rebuf. d. q. 13. num. 81. & seq. Covar. d. c. 17. in princ. num. 8. ad fi. & num. 10. fere per verum, ubi id late probat, & subtiliter, more suo rationes satis congruas afferens, quas brevitatis causa omittam.

113 **QUINTA CONCLUSIO.** Ecclesia, vel persona ecclesiastica habens donationem à laico, puta Rege, Regina, nō † potest decimas præscribere, etiā per tempus immemoriale. text. in c. dudum, ubi Abb. de decimis facit quoq; cap. fin. de rebus eccl. non alien. in 6. not. Rebuf. d. q. 13. n. 87. poterit tamen habere à laico qui habuerit in feudum ante Conc. Later. ut disponitur in c. 2. §. sane, de decim. in 6. & sic poterit præscribere.

114 **SEXTA CONCLUSIO.** Nulla præscriptione etiam immemoriali † potest laicus jus acquirere percipiendi decimas ab aliis, quidquid dicat Vasq. contr. illust. l. 2. c. 89. nu. 7. text. apertus in c. causam qua, ubi gloss. Fel. & alii, de prescript. notat Balb. d. 5. part. prin. q. 7. Covar. d. c. 17. nu. 6. vers. 4. ab eadem radice, Germon & Henricus locis inf. cit. Rebuf. d. q. 13. num. 64. & alii quos refert Vasq. ubi supra. Ratio illa est, quod laici sint incapaces hujus juris, ut late probavimus supra hoc eodem cap. q. 3. in princ. ubi autem adest incapacitas alicujus juris

115 † non possunt etiam per immemoriam præscriptionem capaces fieri, ut voluit gloss. in c. nobis, verb. jurisdictione, de jure patron. Abb. & Curt. in c. fin. de consuet. sect. 4. n. 32. & 33. cum aliis, quos refert, & sequitur Covar. d. c. 17. nu. 10. Anastas. Germon. de sacr. immunit. lib. 3. c. 19. nu. 6. & duobus seqq. Peregr. de privil. fisc. lib. 6. tit. 8. n. 18. 19. & 21. & Henricus libr. 7. sum. Theol. mor. cap. 17. numer. 2. Et quamvis privilegio laicis concedi

possit hoc jus decimandi, ut eadem q. 3. ostendimus, huiusmodi autem immemorialis præscriptio ꝑ vim habeat privilegii, ut habetur in l. 3. §. ductus aqua. ff. de aq. quotid. & est. c. super quibusdam, de verb. signif. & late prosequitur Ant. Gabr. com. concl. lib. 5. tit. de præscript. concl. 1. num. 1. secus tamen est ꝑ ubi adest incapacitas in possidente, ut not. Io. Menoch. c. 2. de præb. in 6. Abb. Fel. & alii d. c. causam quæ late Covar. d. l. 1. var. resol. c. 10. nu. 14 & Peregr. d. num. 18. & 19. latissime Gabriel d. concl. 1. nu. 16. Et in hac specie juris percipiendi decimas in laicis non habere præscriptionem immemoriam locum privilegii voluit Covar. d. c. 17. num. 6. vers. 4. ab eadem radice, Curt. d. num. 35. & Rebuf. d. q. 13. num. 67. & 68. Si tamen ꝑ ad hanc immemoriam præscriptionem accedat fama vel privilegii, seu feudi obtenti ante Concil. Later. vel etiam fama feudi absolute, tunc laicus tutus erit, ut latius ostendimus sup. hoc eodem cap. q. 3. concl. 2.

QUÆRO SEXTO, An valeat compositio, vel transactio super decimis?

PRIMA CONCLUSIO. Valet compositio inter personas ecclesiasticas, ut decimæ uni ecclesiæ debitæ ꝑ alteri solvantur: tex. est in c. 2. & ibi gloss. & Doct. de transact. optimus etiam tex. in c. dilecti, ubi id not. Abb. de decim. idem tradit Ruin. cons. 142. num. 13. volum. 5. Rebuf. d. q. 13. nu. 16. ubi rationem affert, qui etiam n. seqq. post collect. in c. ad Apostolica, eod. hanc conclusionem limitat non procedere in decimis personalibus, quæ limitantur ratione administrationis sacramentorum. Tu vero eam declara, ita demum procedere ꝑ si causæ cognitio, decretum, & consensus Episcopi accedat, ut d. sponitur d. cap. 2. & ibi not. Innoc. & late tradit Rebuf. d. q. 13. n. 19. usq. ad 23. ubi etiam quaerit, an sufficiat auctoritas vicarii, & videtur concludere ꝑ quod sic per tex. d. c. 2. in integra decretali, ubi habetur, Episcopi vel Archidiaconi, qui de jure vicarius est Episcopi, c. 1. de off. Archid. Secundo declara ꝑ non posse laicos cum ecclesia componere, ut decimæ  
 O  
 ipsis

ipfis laicis solvantur nisi ad tempus, & ex iusta causa  
probat Rebus. n. 28.

- SECUNDA CONCLUSIO. Valet compositio  
 123 ter clericos, † ut minus quam sit decima eis solvatur  
 vel ut de aliquibus rebus nō præsteretur: *tex. in c. veniens  
 de transact. & c. ex multiplici, ubi Doct. de decim. m.  
 Abb. c. dilecti, eod. Rebus. d. q. 13. n. 26. Trivis. decim. 7.*  
 124 *net. 29. num. 12.* imo valebit etiam † inter laicos, & cler-  
 nicos, ut tenere videtur gloss. *fi. d. c. 2. de transact.* ubi  
 cum ecclesie utilitate; sed expresse tenet ibi Host. ut  
 fert Io. An. in add. ad d. gloss. *fin. idem voluit Dec. in c. ve-  
 nerabilis, de confir. util. vel inutil. quod etiam sequitur*  
 125 *& late probat Rebus. d. q. 13. nu. 29.* ubi † talis compo-  
 sitio sit approbata à summo Pōnifice, vel magno ter-  
 poris intervallo firmata, & omnino vera est, ubi com-  
 positio inter laicos, & clericos fiat de modo, loco,  
 tempore decimas solvendi, ut *ibid. probat Rebus. ex  
 c. venerabilis, & ibi gl. & Innoc. Ad hoc vero, ut talis  
 compositio etiam inter clericos facta perpetua sit, &*  
 126 *valeat, atq; obliget successorem, † debet fieri cum au-  
 ctoritate superioris, ut habetur in d. c. veniens, & c. ex  
 multiplici; Imo d. c. veniens, requiri videtur approbatio  
 summi Pontificis, & not. Bertran. cons. 14. & 116.*  
 127 *i. sed hoc † ibi disponitur, vel quia agebatur de mag-  
 præjudio, hoc est, solvenda solum tertia parte decimæ,  
 mæ, vel quia nulla causa intervenerat utilitatis, nec  
 firmitatis, aut alia similis; vel quia illa erat propria  
 actio hæc compositio, vel quia in ea parochia, in qua  
 erant prædia, coloni monasterii, quod transegerat  
 composuerat de non solvenda nisi tertia parte decimæ  
 marum, recipiebant etiam ecclesiastica sacramenta.*  
 128 TERTIA CONCLUSIO. Potest fieri † compositio  
 & transactio super decimis præteritis, & decursis  
 consensu superioris, ut tradit gloss. & Doct. in c. ut  
 per, de rebus ecclesie non alienandis. *Dec. c. venerabilis  
 not. 4. de confir. util. vel inutil. gloss. & Doct. c. fin. de re-  
 permut. Rebus. d. q. 13. nu. 25. & 33.* Ratio est, quia  
 non agitur de tollendo, aut remittendo aliquo jure  
 eccle-

ecclesie, sed solum de commodo illius parochi, ad quem illarum decimarum iam spectant.

QUARTA CONCLUSIO. Valet transactio ꝑ de 129  
decimis futuris, facta cum assensu Papae vel Episcopi, si  
pro decimis compensetur ecclesia in aliis rebus, Re-  
bus. d. q. 13. num. 36. dicens ita tenere Doctores in c. ad.  
questiones. de rer. permutat. quod inquit Rebus. ibidem  
procedere, dummodo detur spirituale pro spirituali,  
per gl. in c. super eo, de transact. & Boich. in c. ex literis  
eod. cum decimae spirituales dici possint, ut firmat gl. in  
c. literas, de restit. spol. & ibi Abb. not. 1. & alii quos re-  
fert & sequitur Rebus. d. q. 13. nu. 38. & 39. Sed ego id  
dixerim fortassis procedere ubi in laicos jus decimandi  
transferatur, quod spirituale est, ut alibi diximus, non  
vero, ubi agitur de exemptione à solutione decimarum,  
vel partis, quod non est quid spirituale, ut jam semel  
admonuimus; Quare poterit etiam aliquid tempora-  
le, ut praedium, dari ꝑ ecclesie pro se eximendo ab onere  
re decimarum, dummodo ad id superioris auctoritas  
eum ecclesie utilitate accedat; sic exponendus est Paul.  
Rom. de pens. ecclesiast. conclus. 2. nu. 22. & Navar. cons.  
3. num. 2. tit. de iure patr. volum. 1. dum dixerunt, non  
posse aliquid temporale dari pro decimis. Hispan. ve-  
ro dum in reg. decim. in fine, not. 2. ait, non posse laicum  
dando unum praedium ecclesie liberare alia ab onere  
decimarum, intelligendus est, si id facere velit propria  
auctoritate, & sine causae cognitione & decreto su-  
perioris; quare quod possit fieri huiusmodi transactio,  
ut pro futuris decimis, detur ecclesie domus, vela-  
lind, in specie tradit, & latius ostendit Germon. de sa-  
cror. immun. lib. 3. c. 19. num. 42. & 43. quamvis numer.  
45. post Imol. c. si. de rer. permutat. velit, quod si huius-  
modi res temporalis data ecclesie pro futuris decimis  
chasmate perierit, ecclesia non sit obnoxia composi-  
tioni, sed decimas de novo exigere possit; de quo ta-  
men dubito, cum & ipsa ecclesia regulariter teneatur  
stare contractui, iur. vulg.

An vero causa decimarum possit compromitti, &

quomodo, dicamus *capite ultim. quaest. i. conclusione*  
*tima.*

QUÆRO SEPTIMO, *An possit remitti ex aliquo*  
*causa, decima laico, vel clerico?*

PRIMA CONCLUSIO. *Decimæ Episcopales,*

131 *quibus † in c. nobis, & c. concesso, 12. q. 2. & nos inf.*

132 *q. un. possunt † personis ecclesiasticis remitti; quia*  
*talis remissio large est interpretanda, ut etiam ad po-*  
*sessiones postea acquirendas extendatur, tex. est al.*

133 *teram in c. quia circa, de privil. debet † tamen fieri*  
*cundum canonicas sanctiones, ut ibi disponitur, ibi*  
*est de consensu Capituli, ut ait gloss. & ex causa, ut*

134 *Host. & Io. An. Idem quoque dicendum erit, † ut*  
*sint decimæ remitti ecclesie à quavis alia ecclesia*  
*de jure communi decimæ non debentur, ut videtur*  
*se textus in c. 2. de his qua fin. à Pralat. sine cons. Cap.*  
*cundum intellectum Innoc. cui etiam videtur ibi au-*  
*dere Abb. & alii.*

135 SECUNDA CONCLUSIO. *Potest † cum assensu*

*summi Pontificis remitti decima etiam ab ecclesia*  
*parochiali alicui non modo clerico, sed etiam laico*

*quicquid dicere voluerit, etiam quoad clericum, be-*  
*bus. d. q. 13. nu. 27. Ratio illa est, quoniam potest fieri*

*mus Pontifex, quod majus est, ex causa aliquem etiam*  
*laicum eximere à solutione decimarum, ut ostenditur*

*hoc eodem cap. q. 2. concl. 2. & hoc in specie tenuit Ty-*  
*dar tractat. de decim. numer. 64. & late post alios tractat*

*Henric. in sum. Theolog. moral. libr. 7. cap. 27. numer.*

136 *Imo etiam † quod sufficiat assensus Episcopi, re-*  
*videtur Benincas. de pauper. q. 7. 6. speciali, numero 1.*  
*Quod tamen ego non admitterem, nisi ex maxima*  
*causa id fieret, & cum plenissima causæ cognitione.*

SUMMÆ RERUM.

I *Fructus decimales portari debent in horrea clericali-*  
*rum, ubi sine magno labore, & sumtu id fieri possit,*  
*neq; asportari possunt fruges, donec clerici*

tiores fiant de collectione. numero 2.

3. Consuetudo induci potest, ut fructus decimales in propria horrea condantur, antequam clerici certiores fiant.
4. Inhiberi potest per iudicem debitori decimarum, ne fruges exportet ab agro, antequam decimam solvat.
5. Fructus decimales portari debent in horrea publice ad id deputata, si qua sint.
6. Consuetudo obtinere potest, ne decimas quis teneatur inferre in horrea clericorum.
7. Consuetudo, quod decima in agro relinquatur monito sacerdote antequam fieret separatio, valet.
8. Solutio decimarum pradiarium fieri debet statim ac fructus sunt collecti.
9. Frugum decima solvi potest una cum palea.
10. Solutio decima pradiaris ubi non fiat statim, vel saltem iuxta consuetudinem monitus sit Curatus, si respereat, tenebitur debitor.
11. Personales decima regulariter debentur solum in fine anni; tutius tamen est statim eas solvere. nu. 12. recusari autem non possunt, si intra annum solvantur. nu. 13.
14. Agnorum, & vitulorum decima solvi debent, cum ii nutriti fuerint, nec indigent lacte materno.
15. Consuetudo, ut decima etiam pradiales non solvantur statim, sed certo tempore, valet.
16. Consuetudo decennalis circa modum, & tempus solutionis decimarum attendenda est.
17. Præterita decima, & non petita debentur clericis, ab iisq; exigere possunt. Etiam si is, qui eas debet, prædium vendat. num. 18. imo exigere poterunt à novo possessore, idq; in optione Rectoris erit. nu. 19.
20. Decima sequuntur fructuum detentorem.
21. Decima debentur sacerdotibus quamvis non petantur, & sine ulla monitione.
22. Debitor debet portare debitum ad domum creditoris.

- 23 Creditor non tenetur interpellare debitorem nisi  
urbanitate
- 24 Usura an peti possint ob retentionem decimarum.
- 25 Decima capi non possunt propria auctoritate, sed  
(saltem ex urbanitate debent extrajudicialiter
- 26 Mediocre dari debet in solutione decimarum.
- 27 Agnorum, seu vitulorum decimus solvi debet, pro  
sub virga pastoralis transit.
- 28 Expensa deducenda non sunt in solutione decimarum  
pradialium. Idem in decimis mixtis. nu. 29. &  
ratione. nu. 31. & 34.
- 30 Semina non deducuntur ex decimis pradialibus.
- 31 Fructus intelliguntur deductus expensis.
- 32 Personales decima regulariter debentur deducuntur  
prius expensis, non modo utilibus, & necessariis  
sed etiam voluntariis. num. 33.
- 34 Expensa que deducantur de decimis personalibus  
non item de realibus.
- 35 Expensa facta in re immobili deducuntur, ubi de  
cro venditionis solvenda sit decima: secus si  
remaneat penes me, & de eius commodo solvenda  
sit. num. 36.
- 37 Censur, & tributum solvi non debet ante decimam  
vel, si solvatur, computari debet in solutione  
decima.
- 38 Causa potentior attenditur, cum dua concurrunt.
- 39 Colonus, & dominus solvere debent decimam.
- 40 Solutio decima quomodo inter colonum, & domi-  
num dividenda sit.
- 41 Portio, qua datur domino non ratione locationis,  
census, advocacionis, vel similium decimatur  
prejudicium domini. Idem de ea, qua a colono  
cui gratis datur. num. 42.
- 43 Consuetudo attendenda est, cui ecclesia solvat col-  
onus pradialine, an parochiali.
- 44 Pactum inter dominum, & conductorem, quis eorum  
decimam solvat, servandum est. Quod tamen  
prejudicabit ecclesie. num. 45.

46 I

47 I

48 I

De c

f

Q

P R

sumt

rea cl

resol

gens

quur

solut

erian

bell. v

cis. 4.

q. 2. c.

c. per

cim. c.

Se

cima

bus l

ctior

quen

il. 2.

fert,

indu

pria

46 D

- 46 Decima tamquam onus reale sequitur tampradii, quam fructuum detentorem.
- 47 Decima solvenda est nihil soluto iis, qui decimas solvere debent, non attenda quavis consuetudine.
- 48 Decima secunda sunt cum integritate, & sine diminutione.

## CAP. VI.

## De circumstantiis loci, temporis, &amp; modi solvendi decimas, seu qualiter solvantur decima.

QUAERO PRIMO de loco, An debeant decima portari in horrea clericorum?

PRIMA CONCLUSIO. Ubi sine magno labore, & sumtu id fieri possit, debent decimæ † portari in horrea clericorum: ita in specie tradit Covar. d. lib. 1. var. resol. c. 17. num. 8. vers. 8. ex his colligi poterit, sic intelligens gloss. in c. cum homines, quam ibi Abb. & Doct. sequuntur, de decim. & Jas. l. 2. q. 27. C. de jur. emphyt. absolute dicentes, ad id solventes decimas teneri, quod etiam tenuit Io. An. in add. ad Spec. eodem tit. sup. 2. libell. Vinc. Franc. decis. Neap. 124. nu. 1. Franc. Vir. decis. 4. nu. 33. & est text. juncta gloss. in c. revertimini, 16. q. 2. & tenent Doct. in c. ex parte. il. 2. de decim. teste Abb. c. pervenit, num. 3. eodem tit. & sequitur Hispan. reg. decim. q. 14. num. 6.

SECUNDA CONCLUSIO. Non possunt † laici decimas solventes fruges asportare, donec clerici, quibus solvendæ sunt decimæ, certiores fiant de collectione; ita in terminis voluit Specul. rit. de decim. in fin. quem sequuntur Abb. & Doct. communiter, c. ex parte, il. 2. de decim. Capel. Tholos. decis. 109. & alii quos refert, & sequitur Covar. ubi supra, licet in hoc † possit induci contraria consuetudo, ut possint fruges in propria horrea condi, ut late tradit Cravet. consil. 21. quem